Flexa regulariter fieri debet in fine primae distinctionis; omittitur tantum quando Oratio est brevior. Metrum numquam omittendum est.

In Orationibus quae longiores sunt, ut in Benedictionibus solemnibus, et in Pontificalibus Functionibus, alternantur flexa et metrum. Si vero textus in plures periodos dividatur, in fine cujusque periodi fit punctum ut in fine Orationis.

Oratio *Super populum* quae in Missis ferialibus Quadragesimae dicitur post ultimas Orationes, cantanda est etiam in tono simplici, praemissa monitione: *Humiliáte cápita vestra Deo*, ut supra.

*Nota in hoc Antiphonario Orationes his signis muniri quae tonis antiquis conveniunt. Scilicet ad signum †, debet fieri flexa toni simplicis; ad \*, metrum. Si deest signum †, locus non est flexae, quae omittenda est.*


*In tono solemní, flexa fit ad signum †; ad signum \*, pausa tantum. Si desit †, flexa fit ad \*.*

*Orationes quae in Vesperis tantum dicendae sunt (ut Orationes Suffragiorum et Vesperarum in Feriis Quadragesimae) unicum exhibent signum \*, pro flexa toni solemnís, in quo sunt cantandae.*

*Ad Horas Minores, Oratio diei, quae debet cantari sub tono simplici, requirenda est e Laudibus.*

## VIII. - In fine Horarum.

In fine Primae (ante Martyrologium), Tertiae, Sextae, Nonae et Completorii, dicta Oratione, et post Orationem repetito *v. Dóminus vobiscum. r. Et cum spíritu tuo*, dicitur:



ψ. Bene-di-cámus Dómi-no. r. De-o grá-ti- as. ψ. Fi-dé-li- um ...

*Deinde ad Tertiam, Sextam et Nonam, voce recta et paululum depressa:*

ψ. Fidélium ánimae per misericórdiam Dei requiéscent in pace.  
r. Amen.

*Pater noster totum secreto. Et si discedendum est a Choro, dicitur, in eodem tono ac v. Fidélium.*

ψ. Dóminus det nobis suam pacem. r. Et vitam aetérnam. Amen.

*Tunc dicitur Antiphona B. M. V. pro tempore cum v. et Oratione in altero tono feriali (vel antiquo simplici), si sit cantanda. Deinde, voce depressa et recta ut supra:*

ψ. Divínum auxílium máneat semper nobíscum. r. Amen.

Isti Versiculi *Fidélium ánimae, Dóminus det nobis, Divinum auxílium*, dicuntur eodem modo ad Laudes (etiam post Matutinum si Laudes non sequantur), et ad Vesperas (si tunc dicendi sunt), post  $\gamma$ . *Benedicámus Dómino* decantatum in tono competenti, ut infra.

In fine Completorii, post  $\gamma$ . *Benedicámus Dómino*, Benedictio *Benedicat et custódiat* dicitur ab eo qui praeest, recta quidem, sed gravi et protracta voce.

Ad Tertiam ante Missam Pontificalem, Oratio recitatur in tono festivo (seu in tono antiquo solemniori, sicut et  $\gamma$ . *Dóminus vobíscum*); et  $\gamma$ . *Benedicámus* a Cantoribus cantatur sub uno ex tonis infra scriptis (verbi gratia, in illo qui ponitur ad Laudes pro Festis Duplicibus); nec additur  $\gamma$ . *Fidélium*.

## IX. - Toni $\gamma$ . Benedicamus Domino.

### Ad Laudes et Vesperas.

*In fine Laudum (Matutini si separetur a Laudibus), et Vesperarum,  $\gamma$ . Benedicámus Dómino cantatur a Cantore vel Cantoribus in uno ex tonis infra positus, prout qualitas diei vel Festi requirit. Eodem modo respondetur a Choro Deo grátias.*

#### I. - In Festis Solemnibus.

##### In Primis Vesperis.

ii.

B E-NE-DI-CAMUS DÓ- mi- no.

$\gamma$ . De- o grá- ti- as.

##### Ad Laudes.


v.

B ENE-DI-CAMUS DÓ- mi- no.


$\gamma$ . De- o grá- ti- as.



## In II. Vesperis.


vi. 

**B** ENE-DI-CA- MUS DÓ- mi- no.



ξ. De- o grá- ti- as.

*Vel alio modo:*

v. 

**B** ENEDI-CA-MUS DÓ- mi- no.




ξ. De- o grá- ti- as.

## II. - In Festis Duplicibus.

*In I. Vesperis.*

ii. 

Be- ne- di- cá- mus Dó- mino.



ξ. De- o grá- ti- as.

*In Laudibus.*


v. 

Be- ne- di- cá- mus Dó- mi- no.



ξ. De- o grá- ti- as.

*In II. Vesperis.*


viii. 

Be- nedi- cá- mus Dómino. ξ. De- o grá- ti- as.

### III. - In Festis Semiduplicibus


in Vigilia Epiph., in Dom. infra Oct. Nativit., Epiphaniae et Corporis Christi,  
et diebus infra Octavas quae non sunt de B. M. V.  
(praeter Octavas Paschae, Ascensionis et Pentecostes)

*Ad Laudes.*

I. 

Be-ne-di-cá-mus Dó-mi-no. ꝛ. De- o grá-ti-as.


*In utrisque Vesperis.*

II. 

Be-ne-di-cá-mus Dó-mi-no. ꝛ. De- o grá-ti-as.

### IV. - In Festis B. Mariae Virginis.

*In Festis B. Mariae Virginis majoribus cantatur Benedicamus Dómino ut in aliis solemnibus Festis. In Festis ejusdem B. M. V. minoribus, in Diebus Octavis et infra Octavas ejusdem, ad Laudes et Vesperas ut sequitur:*


I. 

Be-ne-di-cá-mus Dó-mi-no. ꝛ. De- o grá-ti-as.

### V. - In Dominicis per annum


et in Dom. Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae.

*Ad Laudes, et ad utrasque Vesperas si fiunt de Dominica.*

I. 

Bene-di-cá-mus Dó-mi-no. ꝛ. De- o grá-ti-as.

### VI. - In Festis Simplicibus.

I. 

Bene-di-cá-mus Dó-mi-no. ꝛ. De- o grá-ti-as.


*In Officio B. M. V. in Sabbato.*

VIII. 

Bene-di-cá-mus Dó-mi-no. ꝛ. De- o grá-ti-as.


## VII. - In Feriis

(extra Tempus Paschale).



Bene-di-cá-mus Dó-mi-no. ꝛ. De-o grá-ti-as.

## VIII. - In Dominicis Adventus et Quadragesimae.

*Ad Laudes, et ad utrasque Vesperas si fiunt de Dominica.*

Bene-di-cá-mus Dó-mi-no. ꝛ. De-o grá-ti-as.

¶ *Pro Tempore Paschali, quando Officium fit de Tempore, v. Benedicámus Dómino notatur propriis locis in Antiphonario. — In Festo Ascensionis, in Festo Pentecostes et duobus dieb. seq., cantatur ut in Festis solemnibus.*

## X. - De cantu Hymnorum.

1. Ad Matutinum, Laudes et Vesperas, Hymni semper cantandi sunt in tono assignato, vel in uno ex assignatis si plures ponuntur ad libitum. Excipe tantum Tempus a Nativitate ad Epiphaniam decurrens, et Tempus Paschale usque ad Pentecosten: in quibus omnes Hymni (ejusdem metri) etiam in Officio Sanctorum cantandi sunt in tonis pro tempore propriis, ut in suis locis ponuntur, nisi aliter notetur.

2. Hymni vero Horarum, i. e. Primae, Tertiae, Sextae, Nonae et Completorii, cantantur *per annum* in uno ex tribus tonis communibus in Psalterio positis, pro qualitate diei vel Festi, nisi aliter notetur.

Ratione vero Temporis currentis, i. e. Adventus, Nativitatis Domini, Quadragesimae, Passionis, Paschalis, Hymni Horarum cantandi sunt in tonis pro tempore assignatis, etiam in Festis occurrentibus, nisi aliter notetur. [In Festis tamen I. et II. classis infra Adventum vel Quadragesimam, sumi potest ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam tonus pro Festis majoribus in Psalterio assignatus.]

In Festis quae habent doxologiam propriam, tonus specialis assignatur pro Horis et Completorio; si insuper habent Octavam, idem tonus servandus est ad easdem Horas per totam Octavam, etiam in Festis Sanctorum occurrentibus, nisi aliter notetur. Sed ad Matutinum, Laudes et Vesperas Festorum quae occurrunt, tonus solitus servatur, etiam si mutanda sit doxologia.

## De syllabis in hymnodiá hypermetricis seu supervenientibus.

Quaestio est de syllaba quae excedit numerum metri regularem, ut in seq. versibus: Cum Patre et almo Spíritu - O sola magnárum úrbium - Speculátor astat désuper. — Juxta usum apud antiquos receptum, talis syllaba etiam in cantu

non opprimenda seu elidenda, sed distincte pronuntianda est: et ipsi tribuenda est propria nota, quae aliquando debet esse in eadem chorda ac syllaba praecedens, aliquando in chorda syllabae sequentis reponi: nam pro tali casu regula uniformis non potest proponi, sed solutio pendet ex ipsa hymni melodia.

In Antiphonario, singulis casibus providetur sequenti ratione.

Vocalis syllabae supervenientis scribitur caractere *cursivo* seu *italico*, quo facilius secernatur.

In Hymnis qui per singulas strophas cantu instruuntur, pro quavis syllaba hujusmodi scribitur nota conveniens.

Si strophæ prima tantum notis instruitur, syllabae supervenienti in hac occurrenti nota propria non superscribitur, ne in cantu aliarum stropharum confusio gignatur. Sed in qua nota reponi debeat, indicatur eodem modo ac in ceteris strophis sine cantu, scilicet per lineolam – quae ante syllabam posita denuntiat illam in sequenti nota esse decantandam. Si vero deest lineola, in praecedenti. Si syllaba superveniens est per se dictio monosyllaba, signum – ante vel post ponitur prout vel praecedenti vel sequenti notae reponenda est.

Si autem ante vel post syllabam supervenientem adest in cantu neuma duarum vel plurium notularum, aliquando fieri potest ut res melius componatur per neumae disjunctionem, scilicet tribuendo praedictae syllabae pro casu seu ultimam praecedentis neumae, seu primam sequentis notulam. Quod per signum \* indicatur, syllabae adjunctum.

Haec sedulo observanda sunt a Cantoribus, et etiam a Notatoribus qui Hymnos ex Antiphonario desumptos per singulas strophas cantu adornare vellent.

*In fine Hymnorum sic cantatur Amen per octo Tonos.*



1. et 2. A-men. 3. et 4. A-men. 5. et 6. A-men. 7. et 8. A-men.

## XI. - v̄. Gloria Patri in Responsoriis Brevibus.


Tempore Adventus.



Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.


Tempore Paschali

*et quotiescumque dicuntur duo Allelúia.*



Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

## Reliquis temporibus.



Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

## XII. - Alleluia


QUOMODO SIT CANTANDUM TEMPORE PASCHALI PER OCTO TONOS,  
*nisi jam aliter notetur.*

## In fine Antiphonarum.

Tono I.

II.

III.

IV. *Diff. E. g.*

Alle- lú- ia.

Alle- lú- ia.

Alle- lú- ia.

Alle- lú- ia.

IV. *Diff. A, A\*, d.*

V.

VI.

VII. *et VIII.*

Alle- lú- ia.

Alle- lú- ia.

Alle- lú- ia.

Alle- lú- ia.





## APPENDIX

### PRO GRATIARUM ACTIONE.

Hymnus. III. (Tonus solemnis.)


**D**E De-um laudámus: \* te Dóminum confi-té- mur. Te  
aetérnum Patrem omnis terra ve-ne-rá- tur. Ti-bi omnes An-  
ge- li, ti-bi Coeli et u-ni-vérsae Po-testá- tes: Ti-bi Ché-ru-bim  
et Sé-raphim incessá-bi-li voce proclá-mant: Sanctus: Sanctus:  
Sanctus Dómi-nus De- us Sá-ba- oth. Ple-ni sunt coe-li et ter-  
ra ma-jestá-tis gló-ri-ae tu- ae. Te glo-ri- ó-sus Aposto-ló-rum  
cho- rus: Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis núme-rus: Te Mártyrum




candi-dá-tus laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum san-



cta confi-té-tur Ecclé-si-a: Pa-trem imménsae ma-jestá-tis:




Vene-rándum tu-um ve-rum et ú-ni-cum Fí-li-um: Sanctum



quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-ae, Christe. Tu



Patris sempi-térnus es Fí-li-us. Tu ad li-be-rándum susceptú-rus




hó-mi-nem, non horru-ísti Vír-gi-nis ú-terum. Tu devícto mortis



a-cú-le-o, ape-ru-ísti credénti-bus regna coeló-rum. Tu ad



déxte-ram De-i se-des, in gló-ri-a Patris. Judex cré-de-ris



esse ventú-rus. Te ergo quaésumus, tu-is fá-mu-lis súbve-ni,



quos pre-ti-ó-so sán-gui-ne redemísti. Æ-térna fac cum Sanctis




tu is in gló-ri-a nume-rá- ri. Salvum fac póp-u-lum tu-um Dó-  
 mi-ne, et bé-ne-dic haere-di-tá-ti tu- ae. Et re-ge e- os,  
 et extól-le illos usque in aetér-num. Per síngu-los di- es,  
 be-ne-dí-cimus te. Et laudá-mus nomen tu-um in saé-cu- lum,  
 et in saécu-lum saécu-li. Digná-re Dó-mine di- e isto sine  
 peccá-to nos custo-dí-re. Mi-se-ré-re nostri Dó-mi- ne, mi-se-ré-re  
 nostri. Fi- at mi-se-ri-córdi- a tu- a Dó-mi-ne su- per nos, quem-  
 ádmodum spe-rá- vimus in te. In te Dó-mine spe-rá- vi:  
 non confúndar in aetér- num.

## Tonus simplex.

III.

**T** E De-um laudá-mus: \* te Dó-mi-num confi-témur. Te ae-


térnum Patrem omnis terra ve-ne-rá-tur. Ti-bi omnes Ange-li,  
 ti-bi Coeli et u-ni-vérsae Po-testá-tes: Ti-bi Ché-ru-bim et Sé-  
 raphim in-cessá-bi-li vo-ce proclámant: Sanctus: Sanctus:  
 Sanctus Dómi-nus De-us Sá-ba-oth. Ple-ni sunt coe-li et terra  
 ma-jestá-tis gló-ri-ae tu-ae. Te glo-ri-ó-sus Aposto-ló-rum chorus:  
 Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis nú-me-rus: Te Má-rty-rum candi-dá-  
 tus laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-  
 tur Ecclé-si-a: Pa-trem imménsae ma-jestá-tis: Vene-rándum  
 tu-um ve-rum et ú-ni-cum Fí-li um: Sanctum quoque Pa-rácli-  
 tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-ae, Christe. Tu Patris sempi-tér-



nus es Fí-li- us. Tu ad li-be-rándum susceptúrus hóminem, non




horru- ísti Vírgi-nis ú-te-rum. Tu de-vícto mortis a-cú-le-o, ape-



ru- ísti cre-dénti-bus regna coelórum. Tu ad déxte-ram De-i




se-des, in gló-ri-a Patris. Judex cré-de-ris esse ventúrus.




Te ergo quaésumus, tu- is fámu-lis súbve-ni, quos pre-ti- ó-so



sángui-ne red-emísti. Æ-térna fac cum Sanctis tu- is in gló-




ri-a nume-rá- ri. Salvum fac póp-u-lum tu- um Dómi-ne,




et béne-dic haere-dí-tá-ti tu- ae. Et re-ge e- os, et ex-



tól-le il-los usque in aetér-num. Per síngu-los di- es, be-ne-



dí-cimus te. Et laudámus nomen tu- um in saéc-u-lum, et in



saécu-lum saécu-li. Digná-re Dómi-ne di-e isto si-ne peccá-  
to nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri Dómi-ne, mi-se-ré-re  
nostri. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne super nos, quem-  
ádm-odum spe-rá-vimus in te. In te Dó-mi-ne spe-rá- vi:  
non confúndar in aetér- num.

ψ. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spírítu.\*

℞. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

ψ. Benedíctus es Dómine in firmaménto coeli.

℞. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saécu'a.

ψ. Dómine exáudi oratió-nem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

ψ. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

*Oratio.*


**D**EUS, cujus misericórdiae non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus: † piíssimae majestáti tuae pro collátis donis grá-tias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; \* ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad praémia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

\* His ψψ. et ℞℞. Tempore Paschali non additur Allelúia.

## Ad invocandum Spiritum Sanctum.

*Antiphona.*

VIII.




**V**E-NI Sancte Spí-ri-tus,\* reple tu-órum corda fi-dé-li-um,



et tu-i amó-ris in e-is ignem ac-cénde: qui per di-versi-



tá-tem linguárum cunctárum, gentes in u-ni-tá-te fí-de-i con-




gregá-sti.

Hymnus.

(Cf. pag. 420.)

VIII.



E-NI Cre- á-tor Spí-ri-tus, Mentis tu- ó-rum ví-si-ta: Im-



ple su-pérna grá-ti-a Quae tu cre- á-sti péc-to-ra.

Qui dícis Paráclitus,  
Altíssimi donum Dei,  
Fons vivus, ignis, caritas,  
Et spiritalis únctio.

Tu septifórmis múnere,  
Dí-gi-tus patérnae déterae,  
Tu rite promíssum Patris,  
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,  
Infún-de amórem córdibus,  
Infírma nostri córporis  
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,  
Pacémque dones prótinus:  
Ductóre sic te praevio,  
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,  
Noscámus atque Fílium,  
Te-que\* utriúsque Spíritum  
Credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória,  
Et Fílio, qui\* a mórtuis  
Surréxit, ac Paráclito,  
In saeculórum saecula. Amen.

*Secundum usum antiquum.*

Veni Créator Spíritus,  
Mentes tuórum vísita:  
Imple supérna grátia  
Quae tu creásti péc-tora.

Qui Paráclitus dícis,  
Donum Dei altíssimi,  
Fons vivus, ignis, caritas,  
Et spiritalis únctio.

Tu septifórmis múnere,  
Dextrae Dei tu dígitus,  
Tu rite promíssum Patris,  
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,  
Infún-de amórem córdibus,  
Infirma nostri córporis  
Virtúte firmans pépeti.

Hostem repéllas lóngius,  
Pacémque dones prótinus:

Ductóre sic te praévio  
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,  
Noscámus atque Fílium,  
Te utriúsque Spíritum  
Credámus omni témpore.

Sit laus Patri cum Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
Nobisque mittat Fílius  
Charísma Sancti Spíritus. Amen.

*Haec Doxologia Sit laus, dicitur tantummodo extra Officium.*

ψ. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.

ϣ. Et renovábis fáciem terrae.

Orémus.

Oratio.

**D**EUS, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: †  
da nobis in eódem Spíritu recta sápere, \* et de ejus semper  
consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. ϣ. Amen.

## Litaniae Sanctorum.

**K** Y-RI- E e-lé- i-son. *ij.* Christe e-lé- i-son. *ij.* Ký-ri- e e-lé-

i-son. *ij.* Christe audi nos. *ij.* Christe exáudi nos. *ij.*


Pa-ter de coe- lis De- us, mi-se-ré-re nobis.

Fi- li Red- émp- tor mundi De- us, mi-se-ré-re nobis.

Spí- ri- tus San-cte De- us, mi-se-ré-re nobis.

Sancta Trí- ni- tas unus De- us, mi-se-ré-re nobis.


Sancta Ma-rí- a, o-ra pro nobis.




Sancta De- i Gé-nitrix, o-ra pro nobis.  
Sancta Virgo Vírginum, o-ra pro nobis.




Sancte Mícha- el, o-ra pro nobis.  
Sancte Gábri- el, o-ra pro nobis.  
Sancte Rápha- el, o-ra pro nobis.



Omnes sancti Ange-li et Archánge-li, o-rá-te pro nobis.  
Omnes sancti beatórum Spirítuum órdi-nes, o-rá-te pro nobis.




Sancte Jo-ánnes Baptísta, o-ra pro nobis.



Sancte Joseph, o-ra pro nobis.



Omnes sancti Patri- árchae et Prophétae, o-rá-te pro nobis.



Sancte Petre, o-ra pro nobis.

Sancte Paule,	ora pro nobis.	Sancte Thaddaée,	ora.
Sancte Andréa,	ora.	Sancte Mathía,	ora.
Sancte Jacóbe,	ora.	Sancte Bárnaba,	ora.
Sancte Joánnes,	ora.	Sancte Luca,	ora.
Sancte Thoma,	ora.	Sancte Marce,	ora.
Sancte Jacóbe,	ora.	Omnes sancti Apóstoli et	
Sancte Philippe,	ora.	Evangelístae,	oráte.
Sancte Bartholomáée,	ora.	Omnes sancti Discípuli	
Sancte Matthaée,	ora.	Dómini,	oráte.
Sancte Simon,	ora.	Omnes sancti Innocéntes,	oráte.

Sancte Stéphane,	ora.	Sancte Benedícte,	ora.
Sancte Lauréti,	ora.	Sancte Bernárde,	ora.
Sancte Vincéti,	ora.	Sancte Domínice,	ora.
Sancti Fabiáne et Sebastíane,	oráte.	Sancte Francísce,	ora.
Sancti Joáñnes et Paule,	oráte.	Omnes sancti Sacerdótes	
Sancti Cosma et Damiáne,	oráte.	et Levítæ,	oráte.
Sancti Gervási et Protási,	oráte.	Omnes sancti Mónachi et	
Omnes sancti Mártýres,	oráte.	Eremítæ,	oráte.
Sancte Silvéster,	ora.	Sancta María Magdaléna,	ora.
Sancte Gregóri,	ora.	Sancta Agatha,	ora.
Sancte Ambrósi,	ora.	Sancta Lúcia,	ora.
Sancte Augustíne,	ora.	Sancta Agnes,	ora.
Sancte Hierónyme,	ora.	Sancta Caecília,	ora.
Sancte Martíne,	ora.	Sancta Catharína,	ora.
Sancte Nicoláe,	ora.	Sancta Anastásia,	ora.
Omnes sancti Pontífices et		Omnes sanctæ Vírgines et	
Confessóres,	oráte.	Víduæ,	oráte.
Omnes sancti Doctóres,	oráte.	Omnes Sancti et Sanctæ Dei,	
Sancte Antóni,	ora.	intercédite pro nobis.	



Pro-pí-ti-us esto, parce no-bis Dómi-ne.


Pro-pí-ti-us esto, exáu-di nos Dómi-ne.

Ab omni ma-lo, lí-be-ra nos Dómi-ne.

Ab omni peccáto, líbera nos Dómine.

Ab ira tua, líbera nos Dómine.

A subitánea et improvísá morte, líbera nos Dómine.



Ab insí-di-is di-ábo-li, lí-be-ra nos Dómi-ne.

Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera nos Dómine.

A spírítu fornicatiónis, líbera nos Dómine.

A fúlgure et tempestáte, líbera nos Dómine.

A flagélló terraemótus, líbera nos Dómine.

A peste, fame, et bello, líbera nos Dómine.

A morte perpétua, líbera nos Dómine.

Per mystérium sanctæ incarnatiónis tuæ, líbera nos Dómine.



Per advéntum tuum,	líbera nos Dómine.
Per nativitatém tuam,	líbera nos Dómine.
Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum,	líbera nos Dómine.
Per crucem et passióem tuam,	líbera nos Dómine.
Per mortem et sepultúram tuam,	líbera nos Dómine.
Per sanctam resurrectiódem tuam,	líbera nos Dómine.
Per admirábilem ascensiódem tuam,	líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Sancti Parácliti,	líbera nos Dómine.
In die iudícii,	líbera nos Dómine.




Pecca-tó-res, te rogámus audi nos.

Ut nobis parcas, te rogámus audi nos.




Ut no-bis indúlge-as, te rogámus audi nos.


Ut ad veram paeniténtiam nos perdúcere dignéris,	te rogámus.
Ut Ecclésiám tuam sanctam régere et conserváre dignéris,	te rogámus.
Ut Domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdenes ' in sancta religióne conserváre dignéris,	te rogámus audi nos.
Ut inimícos sanctae Ecclésiæ humiliáre dignéris,	te rogámus.
Ut régibus et princípibus christiánis ' pacem et veram concórdiam donáre dignéris,	te rogámus audi nos.
Ut cuncto pópulo christiáno ' pacem et unitátem largíri dignéris,	te rogámus audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio ' confortáre et conserváre di- gnéris,	te rogámus audi nos.
Ut mentes nostras ad coeléstia desidéria érigas,	te rogámus.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas,	te rogámus audi nos.
Ut ánimas nostras, ' fratrum, propinquórum et benefactórum nostró- rum ' ab aetérna damnatióne erípias,	te rogámus audi nos.
Ut fructus terrae dare et conserváre dignéris,	te rogámus audi nos.
Ut ómnibus fidélibus defúntcis ' réquiem aetérnam donáre dignéris,	te rogámus audi nos.
Ut nos exaudíre dignéris,	te rogámus audi nos.
Fili Dei,	te rogámus audi nos.




Agnus De-i, qui tol-lis peccá-ta mundi, parce nobis Dómi-ne.




Agnus De-i, qui tol-lis peccá-ta mundi, exáudi nos Dómi-ne.




Agnus De-i, qui tol-lis peccá-ta mundi, mi-se-ré-re no-bis.




Christe audi nos. Christe exáudi nos. Ký-ri-e e-lé-i-son. Chri-



ste e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.



Pa-ter noster. *secreto.* ☩. Et ne nos indú-cas in tenta-ti-ónem.




☩. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Ps. 69.



**D**

E-US in adju-tó-ri-um me-um inténde: \* Dómi-ne ad



adjuvándum me festí-na.

Confundántur et reve-reántur, \* qui quaerunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et eru-béscant, \* qui volunt mihi mala.

Avertántur statim erubescén-tes, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent et laeténtur in te omnes qui quaerunt te: \* et dicant

semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus et pauper sum: \* Deus ádjuva me.

Adjútor meus et liberátor meus es tu: \* Dómine ne moréris.

Glória Patri.

Sicut erat.

- ŷ. Salvos fac servos tuos. ʀ. Deus meus sperantes in te.  
 ŷ. Esto nobis Dómine turris fortitudinis. ʀ. A fácie inimíci.  
 ŷ. Nihil proficiat inimícus in nobis.  
 ʀ. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.  
 ŷ. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.  
 ʀ. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.  
 ŷ. Orémus pro Pontífice nostro *N.*  
 ʀ. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, † et beátum fáciat  
 eum in terra, \* et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.  
 ŷ. Orémus pro benefactóribus nostris.  
 ʀ. Retribúere dignáre Dómine, † ómnibus nobis bona faciéntibus  
 propter nomen tuum, \* vitam aetérnam. Amen.  
 ŷ. Orémus pro fidélibus defúntis.  
 ʀ. Réquiem aetérnam dona eis Dómine, \* et lux perpétua líceat eis.  
 ŷ. Requíescant in pace. ʀ. Amen.  
 ŷ. Pro frátribus nostris abséntibus.  
 ʀ. Salvos fac servos tuos, \* Deus meus, sperantes in te.  
 ŷ. Mitte eis Dómine auxiliúm de sancto. ʀ. Et de Sion túere eos.  
 ŷ. Dómine exáudi oratióem meam.  
 ʀ. Et clamor meus ad te véniat.  
 ŷ. Dóminus vobíscum. ʀ. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

*Oratio.*

**D**EUS, cui próprium est miseréri semper et párcere: † súscipe depre-  
 catiÓnem nostram; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos deli-  
 ctórum caténa constríngit, \* miserátio tuae pietátis cleménter absólvat.

**E**XAUDI, quaésumus Dómine, súpplícum preces: † et confiténtium  
 tibi parce peccátis; \* ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas bení-  
 gnus et pacem.

**I**NEFFABILEM nobis Dómine misericórdiam tuam cleménter osténde: †  
 ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas; \* et a poenis quas pro  
 his merémur, erípias.

**D**EUS, qui culpa offénderis, paeniténtia placáris: † preces pópuli tui  
 supplicántis propítius réspice; \* et flagélla tuae iracúndiae, quae  
 pro peccátis nostris merémur, avérte.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici no-  
 stro *N.*: † et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam  
 salutis aetérnae; \* ut te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte  
 perfíciat.

**D**EUS, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: †  
da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; \*  
ut et corda nostra mandátis tuis dedita, et hóstium subláta formídine,  
témpera sint tua protectiõne tranquílla.


**U**RE igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum Dómine: †  
ut tibi casto córpore serviámus, \* et mundo corde placeámus.

**F**IDELIUM Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famuló-  
rum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue pec-  
catórum: † ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, \* piis supplica-  
ciónibus consequántur.


**A**CTIONES nostras, quaésumus Dómine, aspirándo praéveni, et adju-  
vándo proséquere: † ut cuncta nostra orátio et operátio a te  
semper incípiat, \* et per te coepta finiátur.

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et  
mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere  
futúros esse praenóscis: † te súpplīces exorámus; ut pro quibus effún-  
dere preces decrévimus, quosque vel praesens saéculum adhuc in  
carne rétinēt, vel futúrum jam exútos córpore suscepit, \* intercedén-  
tibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuae cleméntia, ómnium delictórum  
suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Chri-  
stum Fílium tuum: † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti  
Deus, \* per ómnia saécula saeculórum. ʒ. Amen.

ʒ. Dóminus vobíscum. ʒ. Et cum spírītu tuo.



ʒ. Exáudi- at nos omni-po-tens et mi-sé-ri-cors Dómi-nus. ʒ. Amen.



ʒ. Et fi-dé-li- um á-nimae per mi-se-ri-córdi-am De- i requi-éscant



in pa-ce. ʒ. Amen.



# INDEX ALPHABETICUS

## Psalmorum, Canticorum, Antiphonarum, Responsoriorum brevium et Hymnorum

	PAG.	PAG.
<b>Psalmi.</b>		
119 Ad Dominum cum tribularer . . . . .	83, [99]	117 Confitemini Domino ... Dicat . . . . .
27 Ad te Domine clamabo . . . . .	71	15 Conserva me Domine . . . . .
24 Ad te Domine levavi . . . . .	95	115 Credidi propter quod . . . . .
Dulcis et rectus . . . . .	95	4 Cum invocarem exaudivit . . . . .
Oculi mei semper . . . . .	95	118 Defecit in salutare. <i>Div.</i> 6. . . . .
122 Ad te levavi oculos . . . . .	101	43 Deus auribus nostris . . . . .
28 Afferte Domino filii . . . . .	60	Nunc autem repulisti . . . . .
118 Beati immaculati . . . . .	12	Si obliti sumus . . . . .
127 Beati omnes qui timent . . . . .	119	62 Deus Deus meus ad te . . . . .
31 Beati quorum remissae . . . . .	79	21 Deus Deus meus respice . . . . .
40 Beatus qui intelligit . . . . .	98	Circumdederunt me . . . . .
111 Beatus vir qui timet . . . . .	37, [3]	Qui timetis Dominum . . . . .
102 Benedic anima Domino . . . . .	182	69 Deus in adjutorium . . . . .
Quomodo miseretur . . . . .	182	53 Deus in nomine tuo . . . . .
103 Benedic anima Domino . . . . .	173	71 Deus iudicium tuum . . . . .
Rigans montes . . . . .	173	Coram illo procident . . . . .
Quam magnificata . . . . .	174	108 Deus laudem meam . . . . .
33 Benedicam Dominum . . . . .	122	In memoriam redeat . . . . .
Venite filii . . . . .	123	Libera me quia . . . . .
143 Benedictus Dominus Deus . . . . .	177	66 Deus misereatur nostri . . . . .
Deus canticum . . . . .	177	129 De profundis . . . . .
84 Benedixisti Domine . . . . .	144	59 Deus repulisti nos . . . . .
118 Bonitatem fecisti. <i>Div.</i> 5. . . . .	22	81 Deus stetit in synagoga . . . . .
91 Bonum est confiteri . . . . .	162	93 Deus ultionum Dominus . . . . .
95 Cantate Domino... cantate . . . . .	89	Beatus homo quem . . . . .
97 Cantate Domino... quia . . . . .	124	114 Dilexi quoniam exaudiet . . . . .
149 Cantate Domino... laus ejus . . . . .	162	119 Dixit Dominus Domino 35, [2], [77]
118 Clamavi in toto corde. <i>Div.</i> 10. . . . .	31	35 Dixit injustus ut delinquat . . . . .
18 Coeli enarrant . . . . .	66	52 Dixit insipiens . . . . .
Lex Domini . . . . .	66	140 Domine clamavi ad te . . . . .
110 Confitebor tibi... in consilio . . . . .	36, [2]	7 Domine Deus meus in te . . . . .
137 Confitebor tibi... quon. 139, 728, [101]	137	Justum adjutorium . . . . .
74 Confitebimur tibi Deus . . . . .	135	87 Domine Deus salutis . . . . .
135 Confitemini Domino... Confit. . . . .	137	142 Domine exaudi... auribus . . . . .
Qui percussit Ægyptum . . . . .	137	101 Domine exaudi... et clamor . . . . .
		Tu exurgens . . . . .
		Respondit ei in via . . . . .

	PAG.		PAG.
6 Domine ne in furore . . . . .	87	116 Laudate Dñum omnes gentes 61, [4]	126
130 Domine non est exaltatum . . . . .	120	146 Laudate Dñum quoniam bonus . . . . .	91
138 Domine probasti me . . . . .	156, [10]	134 Laudate nomen Domini . . . . .	91
Confitebor tibi quia . . . . .	156	112 Laudate pueri Dominum 37, [3], [78]	21
89 Domine refugium . . . . .	124	118 Legem pone mihi. <i>Div.</i> 3. . . . .	84, [100]
23 Domini est terra . . . . .	66	120 Levavi oculos meos . . . . .	121, [45]
26 Dominus illuminatio mea . . . . .	70	131 Memento Domine David. . . . .	21
Exaudi Domine . . . . .	70	118 Memor esto verbi. <i>Div.</i> 4. . . . .	31
22 Dominus regit me . . . . .	130	118 Mirabilia testimonia. <i>Div.</i> 9. . . . .	116
92 Dominus regnavit, decorem . . . . .	2	56 Miserere mei Deus miserere . . . . .	115
96 Dominus regnavit, exsultet . . . . .	106	55 Miserere mei Deus quoniam . . . . .	8
98 Dominus regnavit, irascantur . . . . .	142	50 Miserere mei Deus secundum . . . . .	107
133 Ecce nunc benedicite . . . . .	47	100 Misericordiam et iudicium . . . . .	153
132 Ecce quam bonum . . . . .	136	88 Misericordias Domini . . . . .	154
58 Eripe me de inimicis . . . . .	117	Tunc locutus es . . . . .	155
Deus ostendet mihi . . . . .	118	Tu vero repulisti . . . . .	103, [79]
139 Eripe me Domine ab homine . . . . .	157	126 Nisi Dominus aedificaverit . . . . .	102
144 Exaltabo te Deus . . . . .	178	123 Nisi quia Dominus . . . . .	135
Miserator et misericors . . . . .	179	75 Notus in Judaea . . . . .	135
Fidelis Dominus . . . . .	179	Tu terribilis es . . . . .	58
54 Exaudi Deus orationem . . . . .	114	46 Omnes gentes plaudite . . . . .	170
Ego autem ad Deum . . . . .	114	107 Paratum cor meum . . . . .	32
60 Exaudi Deus deprecationem . . . . .	123	118 Principes persecuti sunt. <i>Div.</i> 11. . . . .	132
63 Exaudi Deus orationem . . . . .	163	72 Quam bonus Israë! Deus . . . . .	132
39 Exspectans exspectavi . . . . .	96	Ideo convertetur . . . . .	133
Annuntiavi justitiam . . . . .	97	Verumtamen propter . . . . .	152
Confundantur et reveantur . . . . .	97	83 Quam dilecta tabernacula . . . . .	152
32 Exsultate justi . . . . .	79	Domine Deus virtutum . . . . .	98
Beata gens cujus . . . . .	79	41 Quemadmodum desiderat . . . . .	99
86 Fundamenta ejus . . . . .	152	Ad meipsum anima . . . . .	102
125 In convertendo Dominus 103, [10]	38	124 Qui confidunt in Domino . . . . .	46
113 In exitu Israë! . . . . .	75	80 Qui habitat in adjutorio . . . . .	151
30 In te Domine speravi . . . . .	75	79 Qui regis Israë! . . . . .	112
Miserere mei . . . . .	75	Vineam de Ægypto . . . . .	27
Quam magna . . . . .	75	51 Quid gloriaris in malitia . . . . .	12
70 In te Domine speravi . . . . .	141	118 Quomodo dilexi legem. <i>Div.</i> 7. . . . .	119
Confundantur et deficiant . . . . .	141	118 Retribue servo tuo. <i>Div.</i> 2. . . . .	104
85 Inclina Domine aurem . . . . .	161	128 Saepe expugnaverunt me . . . . .	116
118 Iniquos odio habui. <i>Div.</i> 8. . . . .	27	11 Salvum me fac Domine . . . . .	138
99 Jubilate Deo omnis terra . . . . .	2	57 Si vere utique justitiam . . . . .	107
42 Judica me Deus . . . . .	89	136 Super flumina Babylonis . . . . .	105
25 Judica me Domine . . . . .	112	64 Te decet hymnus . . . . .	133
121 Laetatus sum in his . . . . .	84, [78]	12 Usquequo Domine . . . . .	134
145 Lauda anima mea . . . . .	108, [103]	73 Ut quid Deus repulisti . . . . .	134
147 Lauda Jerusalem . . . . .	145, [79]	Usquequo Deus . . . . .	134
148 Laudate Dominum de coelis . . . . .	4	Memor esto hujus . . . . .	59
150 Laudate Dominum in sanctis . . . . .	164	5 Verba mea auribus . . . . .	59

	PAG.
76 Voce mea ad Dominum . . .	160
Deus in sancto . . . . .	160
141 Voce mea ad Dominum . . .	158

**Cantica.**

Audite coeli quae loquor. <i>II. Moysis</i>	166
Audite verbum Domini. <i>Jerem.</i>	126
Benedicite omnia opera. <i>I. 3 Puer.</i>	3
Benedictus Dominus. <i>Zachariae 7</i> , [107]	
Benedictus es Domine Deus Israël.	
David . . . . .	60
Benedictus es Domine Deus patrum.	
II. 3 Puer. . . . .	9
Cantemus Domino. <i>I. Moysis</i>	129
Confitebor tibi Domine. <i>I. Isaiae</i>	63
Domine audivi. <i>Habacuc</i>	147
Ego dixi in dimidio. <i>Ezechiae</i>	93
Exultavit cor meum. <i>Annae</i>	110
Hymnum cantemus. <i>Judith</i>	108
Magnificat anima mea. <i>B. V. M. 42</i> , [102]	
Magnus es Domine. <i>Tobiae</i>	90
Miserere nostri Deus. <i>Eccli.</i>	164
Nunc dimittis servum. <i>Simeonis</i>	53
Vere tu es Deus. <i>II. Isaiae</i>	144
Symbolum Athanasianum.	
Quicumque vult salvus esse . . . .	13

**Antiphonae.**

1 A bimatu et infra . . . . .	247
2 A planta pedis . . . . .	713
2 A porta inferi . . . . .	370, [107]
4 A solis ortu . . . . .	503
2 A timore inimici . . . . .	166
8 Ab hominibus iniquis. . . . .	367
8 Ab Oriente venerunt . . . . .	273
2 Abraham pater . . . . .	348
7 Absterget Deus omnem . . . . .	[36]
1 Accepit ergo Jesus . . . . .	334
3 Accessistis ad Sion . . . . .	643
3 Accipiens Simeon puerum . . . . .	530
7 Accipite Spiritum . . . . .	425
1 Ad Jesum autem cum veniss. 612, [141]	
7 Ad te confugimus, o Maria . . . . .	[193]
7 Ad te de luce . . . . .	297
4 Ad te Domine levavi. . . . .	213
8 Ad te o sancta Dei . . . . .	[183]

	PAG.
8 Adaperiat Dominus cor . . . . .	459
3 Adhaereat lingua . . . . .	138
8 Adhaesit anima. <i>Dom. III. Quadr.</i>	324
8 Adhaesit anima mea. <i>S. Stephani</i>	239
8 Adhaesit anima mea. <i>S. Laurentii</i>	685
3 Adhuc eo loquente . . . . .	679
5 Adhuc multa habeo . . . . .	404
3 Adjuro vos filiae . . . . .	[201]
8 Adjutor meus et liberator . . . . .	140-142
1 Adjutorium nostrum . . . . .	101
1 Admoniti Magi . . . . .	276
3 Adonai Domine Deus . . . . .	459
8 Advenerunt nobis . . . . .	70-72
1 Ait autem Angelus . . . . .	[173]
3 Ait Dominus Deus. . . . .	494
1 Ait dominus villico . . . . .	468
1 Ait latro ad latronem. . . . .	368
8 Alias oves habeo . . . . .	396
6 Alleluia. <i>T. P. Laud. Dom.</i> . . . .	1-5, 385
3 Alleluia. <i>T. P. ad Primam</i> . . . . .	11-14
8 Alleluia. <i>T. P. ad Tertiam</i> . . . . .	21-25
8 Alleluia. <i>T. P. ad Sextam</i> . . . . .	26-29
2 Alleluia. <i>T. P. ad Nonam</i> . . . . .	31-34
7 Alleluia. <i>T. P. Vesp. Dom.</i> 35-39, 388	
8 Alleluia. <i>T. P. Complet.</i> 46-47, 181-183	
7 Alleluia. <i>T. P. Laud. Fer. II.</i> . . . .	58
2 Alleluia. <i>T. P. Laud. Fer. III.</i> . . . .	89
3 Alleluia. <i>T. P. Laud. Fer. IV.</i> . . . .	106
8 Alleluia. <i>T. P. Laud. Fer. V.</i> . . . .	124
6 Alleluia. <i>T. P. Laud. Fer. VI.</i> . . . .	142
7 Alleluia. <i>T. P. Laud. Sabb.</i> . . . .	162
1 Alleluia. <i>T. P. Vesp. Fer. II.</i> . . . .	82
2 Alleluia. <i>T. P. Vesp. Fer. III.</i> . . . .	101
2 Alleluia. <i>T. P. Vesp. Fer. IV.</i> . . . .	119
1 Alleluia. <i>T. P. Vesp. Fer. V.</i> . . . .	136
3 Alleluia. <i>T. P. Vesp. Fer. VI.</i> . . . .	156
6 Alleluia. <i>T. P. Vesp. Sabb.</i> 177-180, 380	
7 Alleluia, Confitemini . . . . .	11-14
2 Alleluia, Deduc me . . . . .	21-23
6 Alleluia, Dominus regnavit . . . . .	1-2
5 Alleluia, Faciem tuam . . . . .	31-33
1 Alleluia, Laudate . . . . .	4-5
8 Alleluia, Tuus sum . . . . .	26-28
3 Alligavit Dominus plagam . . . . .	[168]
5 Alma Redemptoris. . . . .	54
1 Amavit eum Dominus . . . . .	[46]
1 Amen amen d. v. iterum. . . . .	401

	PAG.		PAG.
8 Amen amen d. v. quia plorabitis . . . . .	398	7 Assumpta est Maria . . . . .	690
1 Amen amen dico vobis si quis . . . . .	347	7 Assumpta est Maria ... allel. . . . .	733
1 Amen dico vobis quia nemo . . . . .	327	1 Astiterunt justi ante . . . . .	625
1 Amen d. v. quia non praeteribit . . . . .	483	1 At Jesus conversus. . . . .	481
7 Amplius lava me . . . . .	110	8 Attendite a falsis . . . . .	467
2 Ancilla dixit Petro . . . . .	363	7 Attendite universi . . . . .	370
8 Andreas Christi famulus. . . . .	487	8 Audiens Joseph quod Archelaus . [132]	
7 Angeli, Archangeli. <i>S. Michael.</i> . . . .	724	8 Audistis quia dictum est. . . . .	466
1 Angeli, Archangeli, <i>Omn. Sancti.</i> . . . .	754	8 Audite et intelligite . . . . .	329
8 Angeli eorum ... Patris . . . . .	248	3 Auferte ista hinc . . . . .	335
1 Angeli eorum ... qui est in coelis . . . . .	740	1 Auxilium meum . . . . .	83
<i>Per.</i> Angeli Domini Dominum . . . . .	724	1 Ave Maria ... allel. . . . .	220, [96]
8 Angelis suis Deus. . . . .	740	1 Ave Maria . . . . .	564, 730
2 Angelorum esca . . . . .	444	6 Ave Regina coelorum . . . . .	55
7 Angelus ad pastores . . . . .	232		
8 Angelus autem Domini . . . . .	372	8 Beata Agnes in medio . . . . .	516
5 Angelus Domini apparuit. <i>S. Jos.</i> . . . .	555	8 Beata Dei Genitrix. <i>Praesent.</i> . . . .	769
7 Angelus Domini apparuit. <i>S. Famil.</i> [118]		8 Beata Dei Genitrix. <i>Puril.</i> . . . .	[209]
4 Angelus Domini descendebat . . . . .	315	8 Beata Dei Genitrix ... ora pro . . . . .	[88]
1 Angelus Domini nuntiavit . . . . .	192	2 Beata Dei Genitrix Virgo. <i>Suffr.</i> . . . .	43
7 Annulo suo subarrhavit . . . . .	517	8 Beata es Maria . . . . .	205, 649, [83]
4 Annuntiate populis . . . . .	211	1 Beata es Virgo Maria Dei G. . . . .	732
1 Ante diem festum . . . . .	360	8 Beata es V. M. quae omnium . . . . .	[204]
2 Ante luciferum genitus . . . . .	267	2 Beata Mater et intacta ... intercede [87]	
1 Ante me non est . . . . .	202	8 Beata Mater et intacta ... sentiant. . . . .	737
1 Antequam convenirent . . . . .	193	1 Beata Mater et intacta. <i>Bono Consil.</i> [178]	
4 Anxiatus est in me . . . . .	368	8 Beatam me dicent omnes . . . . .	215, [85]
1 Apertus thesauris suis. . . . .	268	8 Beatam me dicent ... allel. . . . .	652
8 Apertum est os Zachariae . . . . .	623	8 Beatam me dicent ... quia fecit. . . . .	492
4 Appenderunt mercedem . . . . .	358	8 Beatam me dicent. <i>Maternit.</i> . . . .	[204]
1 Appropinquabat autem . . . . .	352	2 Beati omnes qui timent . . . . .	119
4 Apud Dominum . . . . .	237, [188], [210]	1 Beati pacifici . . . . .	[3]
8 Aquam quam ego . . . . .	330	8 Beati qui habitant . . . . .	152-153
8 Archangele Michaël . . . . .	724	8 Beati qui habitant. <i>S. Famil.</i> . . . .	[119]
1 Archangelus Gabriel ait . . . . .	[175]	8 Beati qui lavant. . . . .	644
8 Ardens est cor . . . . .	391	8 Beatus Andreas orabat . . . . .	487
7 Argentum et aurum . . . . .	632	7 Beatus ille servus . . . . .	[50]
1 Arguebat Herodem . . . . .	700	8 Beatus Laurentius dum in . . . . .	687
1 Ascendens Jesus in navim . . . . .	465	8 Beatus Laurentius orabat. . . . .	685
6 Ascendente Jesu . . . . .	282	8 Beatus populus . . . . .	177-178
6 Ascendit autem Joseph . . . . .	581	8 Bene fundata est domus. . . . .	[72]
4 Ascendit Deus . . . . .	732	5 Bene omnia fecit . . . . .	472
7 Ascendo ad Patrem . . . . .	414	7 Benedicam te in vita . . . . .	3
7 Aspersus est sanguis . . . . .	[145]	5 Benedicite Deum coeli . . . . .	[217]
1 Aspice Domine quia . . . . .	462	8 Benedicite Dominum omnes . . . . .	755
2 Assumpsit Jesus discipulos . . . . .	318	8 Benedico te Pater . . . . .	499, 517, 771
1 Assumpsit Jesus Petrum. . . . .	678	8 Benedico te ... quia ... mamillam . . . . .	535



	PAG.		PAG.
7 Benedicta es tu Virgo. 493, 540, [190]	690	3 Confitemini Domino quia . . .	137
7 Benedicta filia tu . . . . .	690	3 Confitemini Domino quoniam . . .	137
6 Benedicta sit creatrix . . . . .	436	7 Confortatus est principatus . . .	[10]
4 Benedicta tu in mulieribus . . .	194	8 Confundantur omnes . . . . .	119
7 Benedicta tu inter mulieres . . .	650	4 Confundantur qui me . . . . .	354
<i>Per.</i> Benedictum nomen gloriae . . .	505	8 Congaudete mecum . . . . .	517
5 Benedictus Deus qui misit . . .	740	7 Considerabam ad dexteram . . .	367
4 Benedictus Dominus Deus . . . . .	62	2 Consolamini consolamini . . . . .	222
1 Benedictus Dominus susceptor. 176-177	286	8 Consolantem me quaesivi . . . . .	[140]
1 Benedictus es in firmamento . . .	286	2 Constantes estote . . . . .	213
7 Benedixisti Domine . . . . .	144	2 Consurge consurge . . . . .	222
7 Benedixit te Dominus. . . . .	731	8 Consurgens Joseph accepit . . . . .	[130]
7 Beneplacitum est Domino . . . . .	[185]	8 Contritum est cor . . . . .	364
4 Benigne fac Domine . . . . .	166	8 Contumelias et terrores . . . . .	362
8 Bonum est sperare . . . . .	332	1 Conventione autem . . . . .	287
3 Caecilia famula tua . . . . .	771	8 Conversus est furor . . . . .	63
1 Caecus magis ac magis . . . . .	299	8 Convertere Domine aliquantulum .	212
2 Calicem salutaris ... et nomen . . .	366	1 Convertere Domine et . . . . .	128
3 Calicem salutaris ... et sacrificabo .	441	4 Convocatis Jesus duodecim . . .	430
4 Candor est lucis . . . . .	539	6 Cor contritum . . . . .	146
8 Candor est lucis. <i>Bono Cons.</i> . . . .	[176]	1 Cor mundum crea . . . . .	306
1 Canite tuba . . . . .	219	8 Corde et animo Christo . . . 705, [125]	
1 Cantantibus organis . . . . .	770	1 Corpora Sanctorum in pace [32], [196]	
7 Cantate Domino canticum . . . . .	201	6 Corpus meum dedi . . . . .	[146]
2 Cantate Domino et benedicite. . . .	88	8 Corripies me Domine . . . . .	93
7 Cantate Domino, quoniam . . . . .	[211]	4 Crastina die . . . . .	224
6 Caput tuum ut Carmelus . . . . .	662	8 Crastina erit vobis. . . . .	224
1 Caritas Dei diffusa . . . . .	432	2 Crucem sanctam subiit . . . . .	595
4 Christus Jesus splendor . . . . .	677	6 Crucifixus surrexit . . . . .	43
1 Circumdantes circumdederunt . . .	354	1 Cum accepisset acetum . . . . .	369
8 Circumdederunt me dolores . . . . .	[146]	1 Cum accepisset Jesus . . . . .	[140]
7 Clamavi et Dominus . . . . .	83	7 Cum Angelis et pueris . . . . .	354
8 Clamor meus Domine . . . . .	171-172	1 Cum appropinquaret Dominus . . .	469
1 Clarifica me Pater . . . . .	353, 359	8 Cum autem descendisset. . . . .	281
1 Coenantibus autem . . . . .	367	1 Cum audisset Job . . . . .	456
6 Cognoverunt Dominum . . . . .	401	8 Cum audisset salutationem . . . .	651
1 Cognoverunt omnes . . . . .	451	1 Cum cognovisset Pilatus . . . . .	[163]
3 Cognovit autem pater . . . . .	479	3 Cum esset desponsata . . . . .	555
1 Colligite primum . . . . .	283	3 Cum esset desponsata... allel. . . .	580
8 Collocet eum Dominus . . . . .	[9]	1 Cum esset sero die . . . . .	383
